



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Flavii Vopisci Syracvsii Firmvs. Satvrninvs. Procvlvs, Et Bonosvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

FLAVII VOPISCI SYRACUSII
FIRMVS SATVRNINVS
 PROCVLVS, ET BONOSVS.

Suetonius
 laudatus.



Apparet ali/
 quid deesse.
 forrasse legē,
 dum, etiā si
 occupatis.

Inusculos tyrannos scio plerosq; tacuisse, aut breuiter præterisse. Nā & Sueto. Tranquillus emēdatissimus, & candidissimus scriptor, Antoniū Vindicē tacuit, cōtentus eo q̄ eos cursim perstrinxerat: & Marius Maxim⁹, qui Auidiū Marci tēporib⁹ Albinū, & Nigrū Scauri nō suis, pprijs libris, sed alienis innoxuit. Et de Suetonio non miramur, cui familiare fuit amare breuitatē. Quid Marius Maxim⁹ homo omniū uerbosissim⁹, qui & mythistoricis se uoluminibus implicauit: nō ad istā descriptionē, curāq; descendit? At cōtra Treuelliū Pollio ea fuit diligētia, eāq; cura in ædendis bonis, malisq; principib⁹, ut etiā triginta tyrannos uno breuiter libro cōcluderet: qui Valeriani, & Galieni nec multo superiorē, aut inferiorū fuere principū tēporib⁹. Quare nobis etiā si nō tñ nimia fuerit cura, ut dictis Aureliano, Tacito, & Floriano, Probo etiā magno, ac singulari principe, cū dicēdi essent Carus, Carin⁹, & Numerian⁹, de Saturnino, Bonoso, Proculo, & Firmo, qui sub Aureliano fuerant, nō tacerem⁹. Scis em̄ mi Basse, quāta nobis cōtentio pxime fuerit cū amatore historiarū M. Fonteio, cū ille diceret, Firmū, qui Aureliani tēporibus Aegyptū occupauerat, latrunculum fuisse, nō principē. Cōtra ego, mecūq; Rufus Celsus, & Ceionius Iulian⁹, & Fabius Sossianus cōtenderēt: dicētes illū & purpura usum, & percussa moneta Augustum esse uocitatū: quinetiā nūmos eius Seuerus Archontī⁹ protulit. De græcis autē, Aegyptijsq; libris cōiucit illū *αυτοκρατωρα* in edictis suis esse uocitatū. Et illi quidē aduersum nos cōtendenti hæc sola ratio fuit, q̄ dicebat Aurelianū in edicto suo nō scripsisse, q̄ tyrannū occidisset: sed q̄ latrunculū quendā à rep. remouisset: perinde quasi dignāter principis nomine debuerit tyrannū appellare hominē tenebrarū: aut nō semp latrones uocitauerint magni principes eos, q̄s inuadentes purpuras necauerunt. Ipse ego in Aureliani uita prius t̄p̄ de Firmo cūcta cognoscerē, Firmū nō inter purpuratos habui, sed quasi quendā latronē: qd̄ idcirco dixi, ne quis me oblitū existimaret mei. Sed ne uolumini, qd̄ breuissimum pmisi, multa cōnectam, ueniamus ad Firmū. Firmo patria Seleucia fuit, tametsi pleriq; Græcorū alterā tradunt, ignari eo tēpore ipso tres fuisse Firmos: quorū unus præf. Aegypti, alter dux limitis Africani, idemq; procōsul. Tertius iste Zenobiæ amicus, ac socius: qui Alexātriā Aegyptiorū incitatus furore petuasit: & quem Aurelian⁹ solita uirtutū suarū felicitate cōtriuuit. De huius diuitijs multa dicunt. Nā & uitreis quadraturis bitumine, alijsq; medicamētis infertis, domū introduxisse perhibet: & tantū habuisse de chartis, ut publice sæpe diceret, exercitū se alere posse papyro, & glutino. Idē & cū Blemijs societate maximā tenuit, & cum Saracenis. naues quoq; ad Indos negociarias sæpe misit. ipse quoq; dicit habuisse duos dentes elephantī pedum denū, è quib⁹ Aurelianus ipse

ipse fellam constituerat facere additis alijs duobus, in qua Iuppiter aureus, & gemmatus sederet: cum prætexta ponendus in templo Solis Apenninis fortibus additis, quem appellari uoluerat Iouem consulem, uel consulentē. Sed eisdem dentes postea Carinus mulieri cuidam dono dedit, quæ lectum ex ijs fecisse narratur. Et quia nunc scitur, & sciri apud posteros nihil proderit, taceo. Ita donum Indicum Ioui optimo maximo cōsecratum, per deterrimū principem, & ministerium libidinis factum uidetur & precium. Fuit tamen Firmus statura ingenti, oculis foris eminetibus, capillo crispo, fronte uulnerata, uultu nigriore: reliqua parte corporis candidus, sed pilosus, atq; hispidus, ita ut eum pleriq; Cyclopem uocarent. Carne multa uescebatur, Struthionem ad diem comedisse fertur. Vini non multum bibit, aquæ plurimū, mente firmissimus, neruis robustissimus: ita ut Triarium uinceret, cuius Varro Aelius meminit. Nam & incudem superpositam pectori constanter alijs tundentibus pertulit: cum ipse redius, ac resupinus, & curuatus in manus penderet potius q̄ iaceret. Fuit tamē contentio cum Aureliani ducibus ad bibendum, siquando eum tentare uoluissent. Nam quidam Burburus nomine de numero uexillariorū notissimus portator, cum ad bibendum eundem prouocasset, situlas duas plenas mero duxit: & toto postea conuiuio sobrius fuit. Et cum ei Burburus diceret: Quare non feces bibisti? respondit ille: Stulte, terra nō bibitur. Leuia persequimur, cum maiora dicenda sint. Hic ergo contra Aurelianū sumpsit imperium ad defendendas partes, quæ supererat Zenobiæ. Sed Aureliano de Carris redeunte superatus est. Multi dicunt laqueo uitam eius finisse: aliud edictis suis ostendit: namq; cum eum uicisset, tale edictum Romæ proponi iussit. Amantissimo sui Po. Ro. Aurelianus Augustus S. D. Pacato undiq; gentium toto, qua patet, orbe terrarum, Firmum etiā latronem Aegyptium barbaricis motibus æstuantem, & sceminei propudij reliquias colligentem, ne plurimum loquar, fugauimus, ob sedimus, cruciaui, & occidimus. Nihil est Romulei Quirites, qd̄ timere possitis. Canon Aegypti, qui suspensus per latronem improbum fuerat, integer ueniret, si uobis esset cum senatu concordia, cum equestri ordine amicitia, cū prætorianis affectio. Ego efficiam, ne sit aliqua sollicitudo Romana. Vacate ludis, uacate Circensibus. Nos publicæ necessitates teneant, uos occupent uoluptates. Quare sanctissimi Quirites, & reliqua. Hæc nos de Firmo cognouisse scire debuisti, sed digna memoratu. Nam ea quæ de illo Aurelianus Festius libertus Aureliani sigillatim retulit, si uis cognoscere, eundem oportet legas: maxime cum dicat Firmum eundem inter crocodilos unctum crocodilorum adipibus nataste, & elephantum rexisse, & hippopotamos edisse, & sedentem ingentibus struthionibus uectum esse, & quasi uolitasse. Sed hæc scire quid prodest? Cum & Iunius, & Salustius taceant res leues de ijs, quorum uitas scribendas arripuerint: nō enim scimus quales mulos Clodius habuerit, aut mulas T. Annius Milo: aut utrū Tusco equo sederit Catilina, an fardo: Vel quali chlamyde Pompeius usus fuerit, an purpura. Quare finem de Firmo faciemus, uenientes ad Saturninum, qui contra Probum imperium sibi in orientis partibus uindicauit.